Fragmentarium

3896

Incipit liber quatuor nouissi-
morum qui vocatur Cordialis
de morte etc.

Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Ecclesiastici septimo. Sicut dicit beatus Augustinus in libro suarum meditacionum: Plus vitanda est solius peccati feditas quam quelibet tormentorum inmanitas. Cum igitur nouissimorum noticia et illorum frequens memoria a peccatis nos revocat, virtutibus copulat, et in omni bono nos retinet et confirmat. Ideo diuina inspirante gracia de hijs nouissimis videlicet que et quot sunt illa, mediante proposui dicere et narrare. Non tamen quolibet ipsorum sanctorum dictis auctoritatibus et exemplis singula, et per se ac specialiter et per se quodammodo declarare. Est igitur primo notandum quot quatuor sunt nouissima communiter apud sanctos in numero computata, sicut patet euidenter ex verbis beati Bernhardi in quodam sermone sic dicentis: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, que quidem quatuor sunt, videlicet Mors, Iudicium, Gehenna et gloria. Quid horribilius morte? Quid terribilius iudicio? Quid intollerabilius gehenna? Quid iocundius celesti gloria? Hec Bernhardus ubi supra. Ista sunt quatuor rote currus anime vehentes ipsam ad eternam salutem. Ista sunt quatuor

in citamenta spiritu hominis in-
citancia Ut mundanis spretis omnibus
ad suum redeat creatorem Est
[illegible]

IMAGO PHOTOGRAPHIC
COLOUR AND MONOCHROME SEPARATION GUIDE
BLUE CYAN GREEN YELLOW RED MAGENTA WHITE 3/COLOUR BLACK

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3896, Cod3896_Farbkeil – Psalterium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-xiju/2607/30129)